


Egregiae spei elegantissimique
ingenii
Adolescentem,
IACOBVM HENRICVM KELBELIVM,
Secundae Classis Gymn. Thorun.
Alumnum,
B. Dn.

IACOBI KELBELII,
Civis ac Mercatoris olim apud Thorun. primarij,
Filium superstitem,
Mortis vehementia
d. XX. Augusti MDCCCX.
oppressum,
*Quoad Animum tamen ad sedes beatorum
translatum,*
Ipso exequiarum die
d. XXVIII. Augusti eiusd. anni,
Merito lugebant, matremq; tam insperato obitu
afflictam aliquantum solari contem-
debant,

Rector, Profess. ac Visitat. Gymn. Thor.



THORUNII,
Impressit JOANNES NICOLAI, NOB, SENATUS ET GYMNASII TYPOGR.

Wein Kelbel/ nun gebrauchst du nicht mehr unsre Lehren /
Denn keiner Laster-Safft kan deine Blüthe stöhren.
Die Weißheit flößt dir selbst vollkommene Weißheit ein/
Und deine Wissenschaft kan ohne Tadel seyn.

Nur deine Mutter rufft: Wie stirbet meine Freude!
Und wir begleiten sie in ihrem schweren Leide /
Da dein so früher Tod uns unvermuthet schreckt/
Und unsre Hoffnungs-Lust ein finster Nebel deckt.
Dein aufgeweckter Geist/ und rühmliches Beginnen /
Dein Fleiß und Gottes-Furcht/ die Übung schöner Sinnen /
Bersprach uns warlich viel. Und deinem Vater Land
Bersprach ich sonderlich an dir ein theures Pfand.
Ich pflegte oft bey mir bey deinen Thun zu sagen:
Was wird nicht dieser Zweig vor edle Früchte tragen.
Ach stellten so mit Lust sich alle Schüler ein;
So würde unsre Müß nur halbe Arbeit seyn.
Allein/ wir müssen dich dem Himmel überlassen/
Wo/ du mehr Weißheit kanst als in der Schule fassen.
Ich aber setze dir zu deinen steten Ruhm/
Auff deine Todes-Grufft das

TESTIMONIUM.

*Adsta hospes &
immature funeri nobiscum illacryma*
IACOBI HENRICI KELBELII,

*Erat is
Fratrium optimorum alter,
secundi ordinis Gymn. Thor. secundus,
indolem, industriam, obsequium & virtutes
eius si spectes,
aequalium secundus nemini.
ad artes liberales non tam destinatus,
quam natus,
tantoque carior omnibus,
quanto solent excelsa ingenia esse rariora.
Rarius enim haec, quam ipsos homines nasci videmus.
Perinde ut arbores omnes sylvae alunt,
at non ubique in sublime erectas,
Magna interim eius spondente industria
& suis & patriae, discessit,
fortasse,
ne primam attingeret in Schola classem,
cuius erat Candidatus,
& secundo cursu statim ad supremam
ex secunda tenderet.
Vel,
quod coeca mors,
dum eius palpat conatus,
in damnum terrae, coeli lucrum
decepta,
eredidit maturos,*

& ex errore rapuit immaturum.

Ceterum,

*quo anno, nonnullorum opinione,
adolescentes Romani, posita praetexta,
togam induerunt,*

is,

*deposita mortalitatis specie,
immortalitatem feliciter induit,*

& uno gradu

omnem disciplinarum cursum absolvit.

Nos sati mores edocti

ingemiscimus,

*Quo quicquid magis ad perfectionem aspirat,
hoc citius expirare.*

*& omnia, quae amamus, ea lege accepisse,
ut brevi amittamus.*

Hoc scire te volui, abi & vale!

Lugenti Calamo scri,

M. PETRUS IAENICHIUS, R.

Discepat multis verbis, praeclara Caterva
Doctorum, bello de saevo, pesteque saeva:
Utrum haec sit levior, quam Martis damna nefandi?
Et disceptando tandem sententia talo
Stat firmo: pestem levioris nomine poena,

Quam bellum saevum, Martem saevumque, venire.

Namque inimica manus majora incommoda terris

Infert, quam pestis. Dum diripit omnia stuprat

Incendit, vastat, summis ac infima miscet. ()*

Belli progenies est pestis certa cruenti;

At pestis bellum non gignit, nec parit illud.

Quin potius finem bellis imponit amicis,

Cum Martis diri furiosos tollit alumnos.

In bello veniunt homines in vincula dura,

Atque manus inimicorum saevasque trucesque;

Asi qui peste cadunt, bos dextera protegit almi,

*Et chari Jovae, cunctis rapit eque periculis. (**)*

Ipsa lues solet esse brevis, taciteque levare:

Sed bellum longis demum componitur annis.

Exulat in bello virtus, pietasque, fidesque;

Auget pestis eas, zelo firmatque tenaci,

Quotidie quando mortales mortis in horam

Invigilant, totoque DEO se pectore dedunt.

Quodsi pestis atrox JUVENEM demessuit atrâ

Falce, nihil tamen amisit, quin profuit illi

Mors haec, atque cito Doctorum sede locavit.

Quae non effugit consortia prava cohortis?

Quae non effugit vel mille pericula fraudis

Mundanae? quae non vicit tentamina carnis?

Debuit in Classem nuper cum ponier altam,

Exaltatus ovat super omnes ordine classes,

Doctorem nactus, viduum verumque Jehovaham.

(*) Vid. B. Martini Bohemi Conc. III. de Bello.

(**) Lib. I. Paralip. XXII. 13.

MOESTA tuos igitur MATER, composito luctus,
Filius ille tuus vivit, vivetque per omne
Ævum, nec Nati cineres nunc amplius urge
Fletibus, HENRICUS Tibi sit maneatque Corona.

In piam memoriam nuper Primæ Classis
Candidati, jam Æternitatis, & solamen
Mœstiff. Dnæ Matris p.

M. MARTINUS Böhlm.

Fallitur interdum, nimiùm qui Philosophorum
Ingenio fedit, consilioque ~~favet~~.
Regula quandoquidē superest tam firma nec una,
Non infirmari quo excipiendo queat.
Opponunt Medici validissima pharmaca pesti,
Rarò correptos attamen illa levant.
Doctæ sæpe suis obsunt auctoribus artes,
Dum Medicos etiam corripit ipsa lues:
Quique volunt forsan servare fidelius ægros,
In partem lethi semet abire vident.
Nec tria sufficiunt, adverbia pellere pestem:
Mox, longè, tardè, cede, recedo, redi.
Kelbelios cito sat patios liquisse penates
Novimus, ad Matrem nec rediisse prius,
Quàm febris adstrinxit quartana redire minorem,
Majoremque DEUS iussit adire polum.
Sic salvus nuper qui liquit tecta Parentis,
Deserta infirmo corpore tecta petit:
Qui vivus firmis pedibus loca tuta petebat,
Advectus torpens contumulatur humo:
Sicque lubens Mater dum vult occurrere morbo,
En, morbi finem in funere mœsta videt,
Miror, quòd Genitrix tanto perculsa dolore
Non fuerit morti victima facta simul,
Terribilis quum vox Ejus pervenit ad aures,
Filius, en, tuus in mortis agone jacet.
O utinam fa mæ tantùm mendacia falsæ
Audivissemus! sæpius ut modo fit.
Viveret, ò utinam, Matris charissima proles,
Auditorque meus sedulus atque pius.
Sed quid vota juvant? quoniam nunc mortuus illa
Spernit, & exemplo nos docet Ille suo,
Quòd meliùs sit nobis in statione manere,
Pellere cum pestem nec fuga longa queat.

l. scr.

M. Martinus Bertleffius, P. P.

